

rum in superficie seorsim & contere : similiter durum & magis fixum in fundo seorsim : Tunc primo impone Mercurium vivum, postea raram & in fine densum : In sex imbibitionibus invenio octo libras & septendecim & dimidium lotonem cinerum siccorum & in qualibet libra volatile : sed finaliter post debitam fixationem manent tandem septem libras & residua deponuntur infixatione ut infra.

*De totali fixatione Mercurij præcipitati.*

Postea fortiori igne digerantur & semper post quatuor dies exponantur, & fundalia omnino sicca & fixa auferantur & seorsim in vas speciale simul reponantur, tunc mercurius vivus à superioribus domatur & non reimponatur, sic continua donec cin res in toto siccentur & figantur. Horum ex septem lotonibus lunæ ut supra, obtinui septem libras, u dictum est.

Secretum magnum, quando non plus augmentantur a pro libitu augmentasti & fixasti tunc serva quatuor libras pro fermento, & residuum iterum revivifica : postea iterum fīge Sic iterando seorsim pone ad sublimationem magnam absque volatile, & materiam in fundo reverbera, solve & coagula & reitera & fermentum serva in quo fīge volatilia & erunt alba : Et quando tunc debet fieri volatile, tunc non ascendet sed in fundo fluit. Nota quando cineres in proportionato igne cum aquis fortibus imbibis bene & in iis poteris prius solvere Mercurium mundum : solem & lunam, aut recipere aquam fortē in qua prius est solutum argentum. Ecce continua fermentationem & postea eadem corpora perfecta in sublimatione magna continuo fiunt volatilia, ut supra, & per agis opus tribus diebus. Sublimatio magna facit fixum volatile : In ea copulantur tres partes volatilis cum una parte fixa, aut plus secundum dispositionem cinerum levandorum, & quod in fundo manet & non levatur ipsum iterum cum æquali parte levabis : Et quod omnino non potest levari pro terra nostra cruda & mortua servabitur. Corpus enim non sublimatum absque spiritu neque absque corpori spiritus figitur.

Accepi octo lotones fixissimorum cinerum ad omnem agnem & libram unam Mercurii bene animati, & sublimavimus totum præter duas drachmas: Deo sit Laus. Pro magna, proxima recipiatur ad unam pixidem una marca fixa & duas libras volatilis, Ferratiensis volat cum volantibus, quiescit cum quiescentibus.

Reviv.